e-codices

MILES.

Art Age eamus ergo ſequimini ſatellites.

PALESTRIO SVVS.

Mihi ad enarrandum hoc argumentum ē comitas
Si ad auſcultandum ueſtra erit benignitas.
Qui autem auſcultare nollet exurgat foras:
Vt ſit ubi ſedeat ille qui auſcultare uolt.
Nunc qua aſſediſtis cauſa in feſtiuo loco
Comoediae: quam acturi ſumus
Et argumentum & nomen uobis eloquar.
Alazon graece huic nomen eloquar comoediae:
Id nos Latine glorioſum dicimus: hoc oppidum
Epheſum eſt: miles mevs herus qui hinc
Ad forum abijt: glorioſus: impvdens
Stercoreus: plenus periurij atque adulterij.
Ait ſeſe ultro omnis mvlieres ſectarier.
Is deriſui eſt qua qua incedit omnib.
Itaque hic meretricis labijs dum ducant eum
Maiorem partem uideas ualgis ſauijs.
Nam ego iam diu apud hunc ſeruitutem ſeruio.
Id uolo uos ſcire quomodo ad hunc deuenerim
In ſeruitutem ab eo cui ſeruiui prius.
Date operam: nam nunc argumentum exordiar.
Erat herus athenis mihi adoleſcens optumus.
Is amabat meretricem matre athenis atticis
Et illa illum contra: qui eſt amor cultu optimus.
Is publice legatus naupactum fuit magna rei. p. gratia.
Interim iuuit hic miles: forte athenas aduenit.
Insinuat ſeſe ad illam amicam heri.
Occoepit eius matris culpa pariter
Vino: ornamentis: opiparisq: obſonijs.
Itaque intimum ibi ſe miles apud lenam facit.
Vbi primum euenit militi ſublinirī os. illi hī matri mvlieris.
Qvam herus meus amabat: nam is illius filiam
Compegit in nauem: miles clam matre ſua
Eamq: huc inuitam mvlierem in epheſum auehit
Ego quantum unus poſſum mihi nauem paro.

Licenza: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 139r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/it/fmb/cb-0138/139r)